intrinseca·oportet ꝙ in motu eius·solū
sit resistentia extrinseca·⁊ per consequēs
pro tanto motor uelocius mouebit·ꝗto
resistentia fuerit minor·ergo qualis ē p
portio mediorum resistentium·talis erit
uelocitas in motibus naturalibus graui
um ⁊ simplicium ꝙ fuit maior·⁊ minor
est de se manifesta·quia uacuum nullam
resistentiam habet·tertia pars patet quia
omnis motus finitus rectus·ad alium fi
nitū est proportionalis·ergo si in uacuo
fieret motus·ipse haberet determinatam
proportionem ad motum factam in ple
no·⁊ interponit ꝙ omne excedens est di
uisibile in partem excedentem et partem
excessam·ꝙ intelligi debet de excedente
aliud per comperationem ppie dictam
scilicet que est secundum rem eiusdē spe
tiei in utroqꝫ comperatorum· Tertio
sic·si i uacuo fieret motus·sequeretur ꝙ
motus in pleno ⁊ in uacuo fieret eque ue
lociter·consequens est in conueniens·eo
ꝙ motus sequitur proportionem·proba
tur consequentia ·quia ita sit ꝙ aliquod
mobile moueatur per medium uacuum
in certo tempore·⁊ idem uel equale mo
bile moueatur per medium plenum·tūc
ex quo medium plenum plus resistit sit
ita ꝙ sit tardior in centuplo·ita ꝙ temp⁹
pleni·sit in centuplo longius·ꝗ tempus
equalis uacui·tunc subtilietur medium
plenum in centuplo·⁊ erit motus in cen
tuplo uelocior ꝗ erat ante·eo ꝙ motus

sequitur proportionem· et tantus erat in ua cuo· ergo in medio pleno et in uacuo· idest mobile eque uelociter mouetur· et si dica tur quod medium plenum non potest in infi nitum subtiliari· respondetur quod ymo per potentiam diuinam· uel dicatur quod arist· sup ponit unum ymaginabile· utrum sit possi bile uel non· non est uis· et deducit ad unum ymaginabile· ymaginabile enim est quod idem motor finitus moueat eque uelociter cum resistentia et sine resistentia· Et quarto arguit quod si uacuum esset· ipsum non posset recipere corpus· ergo non est· patet antece dens quia ipsum haberet dimensionem sicut plenum· modo talibus repugnat pe netrari a dimensione alterius corporis·

Quinto probat quod medie partes cor poris rari· non sunt paruo uacuo interce pte· mediantibus quibus est rarum· quia probatum est prius· quod non est magnum uacuum· ergo nec paruum· consequentia tenet· et antecedens est prius probatum secundo commentator probat idem· quod tale uacuum esset accidens et sic ponere ipsum esset ponere accidens sine subiecto· Se xto probat quod non est toti corpi raro com mixtum uacuum· quod est causa raritatis le uitatis et motus sursum· patet primo· quia tunc non omnis motus localis· esset cau sa· cuius contrarium dixerunt antiqui· si enim esset causa motus deorsum· secundo quia moueretur uacuum localiter· et sic illius esset locus· et cum ipsummet sit lo cus· loci esset locus et sic procederetur in infinitum· Item uacuum existens sine subie cto deberet uelocissime fieri sursum ex quo est cum alijs mouendi sursum· Septimo infert quod rarefactio· non fit igre diente uacuo· nec etiam condempsatio· e grediente uacuo· quia uacuum non est sic mixtum corporibus ut dictum est· Hic queritur primo utrum uacuum potest esse Secundo utrum in motu grauium et leui um tota successio proueniat a resistentia medij· Tertio utrum si uacuum esset gra ue simplex moueretur in eo· Quarto utrum in uacuo aliquid posset moueri successi ue· Quinto utrum rarefactio et condem

satio sint possibiles· Primo est notan dum quod uacuum potest ymaginari duplex uno modo· quod sit spatium seperatum a sba potens recipere corpora· sine sui spissitu dine· quemadmodum si inter latera pinte yma ginaretur spatium receptum uini ita lon gum et profundum sicut uinum quemad modum superius dicebatur· tale ponere tur uacuum· cum esset non plenum· quia esset locus non plenus· secundo modo si deus anihilaret omnia contenta infra con cauum orbis lune· ipso concauo remanen te in simili concauitate figura et dispositi one· tunc illud concauum uocaretur ua cuum· quia esset locus non repletus· non enim esset repletus cum nihil esset in eo·

Tunc est prima propositio· uacuum pri mo modo nequit esse per potentiam na turalem idest sine miraculo· patet ex rati onibus probantibus locum non esse spa cium seperatum· Secunda propositio· quod uacuum secundo modo· etiam nequit esse naturaliter· probatur quia in naturali phia illud concedi debet tanquam principium· quod probari potest per inductionem experi mentalem· sed uacuum hoc modo non pos se esse probatur per experimentalem indu ctionem· ergo etc· maior nota est quia phi losophya naturalis fundatur super experien tiam· et minor patet quia docet experien tia quod nullus posset unum corporeum elon gare ab alio· nisi aliquo ingrediente· fora minibus enim folli bene obtusis· sic quod ni hil ad intra possit ingredi corpus· docet experientia· ymo nec centum equos posse late ra illa elongare ab inuicem· nisi unum eo rum rumpatur aut aliunde fiat apertura per quam potest ingredi corpus· Sed contradices tu quia motus localis tactus est· ergo uacuum est· tenet consequentia· quia quod mouetur localiter· uel recipitur in ua cuo· et habebitur propositum· vel in pleno et si sic vel illud plenum non recedit· et tunc fieret penetratio corporum· vel cedit· et si sic vno moto omnia mouentur· patet con sequentia· quia pedali moto pedale aeris cederet· et illi alterum pedale· et sic tertium et sic vsque ad celum· quare vno moto celum

transmutarentur. Secundo quia augumẽtatio est possibilis ergo ⁊ cetera. probatur consequentia. quia cibus non recipitur in pleno. eo ꝙ esset penetratio corporum. ergo in vacuo. Tertio quia condempsatio est posibilis. igitur ⁊ cetera. tenet consequentia. quia non videtur vbi corpus quod condempsatur recipiatur nisi in vacuitatibus. Quarto quia cineribus repleta scutella tantum continet de aqua sicut si non essent in ea cineres igitur ⁊ cetera. tenet consequentia quia non videtur vbi illa aqua reciperetur nisi in uacuitatibus. Quinto aliquod est vacuum vino. ergo ⁊ cetera. tenet consequẽtia a parte in modo ad suum totum. sine additione diminuente Sexto quia corpora tangentia se discontinuata possunt elongari ab inuicem discontinuata. secundum totas superficies tangentes se simul ergo est uacuum in parte centrali eorum cum elongantur ⁊c̃. consequentia tenet. quia cum elongantur eque cito in ambabus extremitatibus ⁊ in centro vel eque cito est aer in centro sicut in extremitatibus. ⁊ si sic sequitur. ꝙ ille aer mouetur subito. quia eque cito venit ad distans sicut ad propinquum. vel prius venit ad extremitates. ⁊ si sic in aliquo tempore inter partes centrales ellongatas ab inuicem nullus aer est replens. ergo superficies ille sunt vacuum. secundo modo dictum.

Septimo vitro vndique vniformiter pleno aqua congelata occupat minorem locum. queritur vtrum vitrum ad partem quam occupabat aqua. scilicet ante congelationem est vacuum ⁊ si sic habetur propositum. vel est plenum. ⁊ hoc non potest dici quia vndiqꝫ clauso vitro aer nõ ꝗ posset ingredi. si dicatur ꝙ frangetur non potest dici cum eniꝫ sit vniforme per totum vt supponitur non videtur quare pocius frangeretur ĩ vna parte ꝗ in alia ergo vel frangeretur vbiqꝫ ꝙ non est possibile vel nusꝗ ⁊ habetur propositum.

Octauo plenum est ergo vacuum est vel potest esse. consequentia tenet quia plenum ⁊ vacuum sunt priuatiue opposita. modo si vnum priuatiue oppositorum est in natura ⁊ reliquum poterit esse.

Item nono que esset ratio quare sicut contingit locum alieno corpore repleri. ꝙ non eque bene contingit ipsum omni corpore alio denudari eo manẽte in simili situ ⁊ dispositione. in suis partibus.

Ad istas obiectiones respondetur per ordinem ad primam. ꝙ omnis motus localis rectus fit in pleno quod cedit corpori moto. sed nõ oportet ꝙ vno moto omnia moueantur. quia corpus cedens ad aliquam distantiam vel terminum ante condempsatur. in tantum ꝗtum est magnitudo corporis recepti in ipso. Ad secundum ꝙ augumentatio fit per hoc ꝙ nutrimentum recipitur in poris plenis partibus subtilibus resolutis a corpore que cedunt nutrimento venienti. Ad tertiam condempsatio non fit per hoc. ꝙ partes recipiantur in vacuitatibus sed per hoc ꝙ ꝗtitas maior corrumpitur. ⁊ minor generatur. seu per hoc ꝙ partes eiusdem corporis tocius sint sibi inuicẽ propinquiores. Ad quartam ꝙ si scutella tantum recipiat aque cum cineribus sicut sine cineribus hoc est propter tria. primum est ꝙ multe partes aeris intercepte inter cineres cedunt aque uenienti. secundum quia partes ignee cineris. multas partes aque resoluunt insensibiliter quia sunt illis virtualiter contrarie. tertium quia partes subtiles ⁊ leues cinerum ab aqua expelluntur. fugientes a frigido contrario ratione quorum trium agregatum ex aqua remanẽte ⁊ cineribus precise tantum est sicut ante erat aqua. Ad quintam dicitur ꝙ vacuum includit negatõnem. ideo consequentia non ualet. quia est a parte in modo ad totum cum negatione implicita. uacuum enim idem est ꝙ non plenum Ad sextam dupliciter dicitur uno modo. ꝙ corpora dura discontinua non possunt se tangere per naturam secundum philosophum secundo de anima. ⁊ tunc ratio non procedit quia ipsa

oppositum supponit·uel si uellemus dice re ꝙ possunt se tangere dicemus ꝙ aer circunstans subito se ponit in medium· scilicet quia naturaliter inclinatur ne sit uacuum ⁊ nullam inuenit intra corpora re sistentiam· sicut si non esset medium resi stens graue simplex subito presens esset loco naturali· ⁊ sic non sequitur motum fieri in instanti· Ad septimam ꝙ non est possibile sic esse uitrum ut forme· secū do quia si esset nullo tempore maneret· eo ꝙ influentie celi fortius alterant ipsum in una parte q̄ in alia· ⁊ ideo ibi citius frangeretur ubi fortius esset dispositum ad corruptionem· Tertio quia si ad yma ginationem maneret uniformis superius prius corrumperetur uersus celum· quia influxus prohibens uacuum est influxus nē cōis deriuatus a celo ⁊ talis est fortior superius q̄ inferius· Ad octauam ne gando consequentiam· negatur etiam ꝙ plenum ⁊ uacuum sunt priuatiue opposi ta·sed habent se sicut risibile ⁊ non risibi le que non sunt opposita priuatiue· sic ua cuum est locus non plenus quare plenum ⁊ non plenum sunt contradictorie opppo sita·⁊ non oportet ꝙ si alterum talium sit in natura ꝙ etiam alterum sit· Existens enim ⁊ non existens· non est complexum sic etiam locus non plenus non opponi tur huic termino plenus· Ad nonam dicitur ꝙ causa prohibens uacuum esse est influxus nature communis que prohi bet uacuum in inferioribus faciendo su periora descendere· quia inclinat omnia generabilia que possunt generare ad ge nerare sibi simile· non possunt autem ge nerare nisi per contactum ⁊ in superiori bus faciendo inferiora ut per tactum a celo recipiant influentiam eorum conser uatiuam· quam celum ad ea multiplicat per contactum corporum· de qua influ entia fuit superius dictum inde loco· Et hec est causa quare receptiuum corporis non potest ab omni corpore denudari·quia si sit subtus ingreditur superius ut agat generando sibi simile· ⁊ sistit supra eleua tur aqua uel aliud graue ut conseruet cō tactū·mediāte q̄ īflūtiā celi siue ūtutē ꝯser uatiuam recipiat· Tertia conclusio si a polo artico anihilarētur omnia uersus celum successiue usque ad terram ⁊ con tinue ultra usque ad polum antarticum· terra conseruata ita proportionabil'r ascē deret naturaliter sicut alia supra eam ani hilaretur uersus celum·sic ꝙ semper con seruaret contactum cum celo mediate ul' immediate· patet· quia sic naturaliter se moueret· sicut melius posset conseruari· sed sic melius posset conseruari·ergo ⁊c̄· maior nota est·⁊ minor patet quia natura liter non conseruatur nisi per influxum ce li· quem sine contactu non posset recipe re·uerum est ꝙ motus ille solum esset na turalis terre natura communi·quia equa liter conuenit cuiuis alteri corpori si cut terre· Quarta conclusio· possibile est uacuum esse utroque modo capiendo uacuum per potentiam supernaturalem· patet quo ad primum modum.quia possi bile est ꝙ deus conseruet dimensionem separatam sine corpore· ⁊ eam sine cessio ne faciat recipere corpora· ⁊ hoc tunc es set uacuum primo modo· Similiter pos sibile esset ꝙ deus anihilet omnia conten ta infra superficiem concauam aeris· su perficie concaua· remanente in simili situ ⁊ dispositione sicut est nunc·⁊ tunc illa es set uacuum secundo modo dictum· esset enim locus non repletus corpore·patet· quia neutrum istorum implicat contra dictionem· Sed contra dices ·quia ad uacuum esse sequūtur contradictoria· er go ⁊c̄·consequentia tenet · probatur ante cedens·quia sequitur uacuum est . ergo locus est per diffinitionem· ⁊ sequitur ꝙ non est locus· quia non est terminus corporis continentis· quia vacuum cum est nihil continet· Secundo probatur idē quia sequitur ꝙ infra superficiem conca uam tunc esset uacuum· quia infra non ponitur esse aliquod corpus· ⁊ sequitur ꝙ infra non esset uacuum·quia infra eam nihil esset Tertio idem probatur.quia

sequitur q latera superficiey concaue ae ris se tangerent. et q non tangerent se pro batur primum qr esset immediata. eo q inter ea nihil esset medium. probatur se cundus quia superficies concaua non pa titur contactum laterum. Responde tur ad ista negando antecedens assuptus et ad probationes primas potest dici uno modo q ista diffinitio loci non est bona. si dicatur de loco pleno et erat bona secu dum extimationem aristotelis qua credi dit non posse esse uacuum. Aliter res ponderem ego tenendo q locus dicitur relatie ad locatum. q non sequitur uacu um esse locum. non enim ualet consequen tia est locus non repletus. ergo est locus quia non plenum denotat oppositum e ius q est esse locum. eo q de ratione loci est esse plenum locato. cuius oppositum connotat non plenum. sicut non sequitur est hō pict⁹. ergo est homo seu hō mortu us. ergo homo. nec est locus a parte i mo do. in tali argumento. eo q arguitur cum additione distrahente. Ad secundum q non sequitur sub concaua superficie a eris tunc esse uacuum. sed ipsa est met va cuum. quia locus non plenus. ex quo cor relarie concedi debet q homo posset ire audire seu bibere per vacuum eo q po test ire per illam superficiem aeris que est vacuum. sequitur q motus simul esse per vacuum quia potest ire per istam su perficiem aeris. Ad tertium q non se quitur latera opposita se tangere secun dum lineam rectam qauis enim sunt imme diata tamen non sunt simul eo. q distan tia recta nullum habet determinatum si tum ad inuicem. sicut patet ex supra de terminatis in tertio libro. Pro secun do principali quesito nota primo q suc cessio non est aliud q motus. omni enim alio a motu excluso ad huc maneret suc cessio. quādiu maneret motus. Item si motus successiue fieret per successionem super addita eadem ratione ista successio fieret successione per suum superadditus et esset processus in infinitum. Secundo

nota q resistentia est inclinatio mobilis in contrarium illius dispositionis quam intendit motor. Tertio nota q graue simplex uocatur improposito graue cui nihil leuitatis est admixtum. Tunc est prima propositio. q proprie loquendo successio in motu grauis ~~similiter~~. non fit a resistentia. patet quia motus non fit a resistentia. ymo resistentia impedit mo tum. sed motus fit a motore. secunda ad hoc q motus naturalis grauis fiat succes siue requiritur resistentia. patet quia si non esset resistentia. motum subito pone re se in termino ad quem. non enim po test in actione tali reddi ratio successiōis in quantum est successio nisi resistentia.

Confirmatur hoc. quia quanto minui tur resistentia. tanto velocius motor mo ueret vt experientia docet. ergo si tota re sistentia aufferreretur nulla successio re maneret. Sed contra dicit anēpate q ex limitatione potentie fit successio. etiam si nulla esset resistentia. Et persuadetur pri mo quia alias quātumlibet paruum graue posset in infinitum effectum facere. quia subito se ponere ad locum deorsum. Itē alias magis graue non uelocius attinge ret finem eius naturalem q minus graue quia quodlibet subito. propter hoc dicit a nempate q potentia est limittata. et ideo successiue ageret qauis nihil resisteret. tertia quia alias graue posset se mouere uelocius q celum. Quarto latitudo uelocitatis non esset terminata. quia quāta libet data quātumlibet maior esse posset

Quinto quia philosophus reputat q celum non potest moueri uelocius qauis motor eius sit infinitus. ergo minus gra ue potest mouere uelocius motu celi.

Tunc ponatur propter hec motiua. ter tia conclusio scilicet q limitatio potentie non est causa successionis motus grauis simpliciter. probatur primo autoritate philosophi pmo politice et tertio metha phisice dicentis. q appetitus finis in infi nitum est. ergo inclinatio ad locum natu ralem ad bonum intellectum non est limi

tata·secundo ratione·quia uel in maiore corpe ē maior limita⁹·ꝛ si sic·graue mai⁹ non uelocius descendet·ꝙ̄ minus p₃·ꝯ⁴ quia quantum aderetur de grauitate potentie tantu₃ aderetur de limitatione potentie ꝛ sic semper maneret proportio eadem uel non ꝛ hoc est imposibile·quia siue quantitas siue forma fuit ista limitatō quanto corp⁹ est maius tanto maior erit limitatio·quia tantu₃ maioratur illa qualitas siue forma cum sit extensa extensione subiecti· Tertio quia uel illa limitatio solum resisteret ·cum corpus esset in uacuo et hoc non quia tunc esset frustra· eo ꝙ nunquam corpus poneretur in uacuo·uel semper resisteret·ꝛ tunc sequitur ꝙ non semper magis graue in equelibra traheret minus graue sursum deducta resistentia medij·probatur consequentia q₃ ponatur ꝙ in vno brachio·ponatur graue vt tria·ꝛ in alio graue vt unum ·tunc constat ꝙ graue vt tria habet tres grad⁹ limitationis huius·ꝛ graue vt vnum solum vnum·patet· quia si diuideretur in tres tertias·quelibet etia tantum ponderaret sicut graue vt vnum·ꝛ esset ei adequatum·ergo quelibet earum habet etiam equalem limitationem·ergo tota limitatio erit tripla ad limitationem grauis vt vnum·ꝛ tunc constat ꝙ motui deorsū grauis ut tria resistent quatuor·scilicet tres gradus limitationis ꝛ vnus gradus grauis alterius brachij·ꝛ solum mouet vt quatuor scilicet per tres suos gradus grauitatis ꝛ per vnum gradum limitationis grauis oppositi·quare virtus motiua erit equalis virtuti resistitiue·non ergo erit motus· Quarto quia vel hec limitatio grauis esset materia·ꝛ hoc non quia non limitat·eo ꝙ non agit·ul' forma ꝛ hoc non·quia nihil limitat se ipsum·vel aliqua qualitas ꝛ hoc nō potest dici·que esset illa in graui simplici·non enim grauitas·eo ꝙ illa toto conatu mouet deorsu₃ nec est aliqua qualitas alia Quinto qꝛ quid esset illa limitatio· ipsa impediret graue ne attingeret suum locum naturalem·ꝛ per consequens esset ei violenta· ergo talis limitatio non esset a natura

Ad rationes anempate dicitur·ꝙ licet graue.poneret se subito in locum naturalem·non ex hoc infinitum effectum faceret eo quia ille effectus non est nisi quodam finitum·ut licet premisse note simul subito generant noticiam de conclusione non ex hoc infinite sunt potentie· Ad secundam ꝙ seducta resistentia magis graue non citius attingeret·ꝙ̄ minus graue suum locum naturalem·non tamen sequitur ꝙ non esset maioris virtutis·quia posita quacunq₃ resistentia maiorem effectum·faceret. Ad tertiam conceditur ꝙ graue posset se mouere uelocius celo ex infinita subtiliatione medij·nunquam tamen faceret per naturam quia nunqua₃ talis subtiliatio per naturam fiet·. Ad quartum per idem ꝙ quantum ad potentiam supernaturalem potentem facere talem subtiliationem medij latitudo velocitatis non est terminata·quia qualibet data·maior esset dabilis·sed secus est ꝙ̄tum ad cursum communem nature ꝛ sine miraculo· Ad quintam dicitur ꝙ celum ꝙ̄tumlibet uelociu' potest moueri per potentiam super naturalem agentem sed philosophus loquitur naturaliter·et diceret ꝙ secus est de celo ꝙ̄ de graui ul' leui·quia celum non mouetur propter qꝛ tem ꝛ non conuenientissimo motu semꝑ mouetur secus est ō alijs que mouentur propter quietem·quia illa quanto resistētia fit minor tanto velocius attingunt suum finem Quarta conclusio graui simplici descendenti nihil intrinsecum resistit·patet quia non leuitas cum non sit in eo·nec videtur quid aliud· Sed cōtra dices· quia in motu bipedali· deorsum· partes sibi inuicem resistūt·ergo ꝛ cetera consequentia nota·antecedens probatur quia tam pedale a·ꝙ̄ pedale·b·appetit ō scendere per lineam perpendicularem·et hoc non est possibile·nisi unum corpu₃ impediat aliud·eo ꝙ si ōbeant sic descendere unum pellit aliud extra descensum per

pendiculare·impossibile enim est quod inde scensu·a·b ·linea intercipiatur inter puncta·e·c·Respondetur quod non appetunt partes existentes in toto descendere per lineam breuissimam·non enim quelibet appetit esse in centro mundi·quia hoc esset impossibile·sed solum ut centrum totius sit centrum mundi·et ut totum per lineam breuissimam descendat·partes enim inclinant conformiter toti·et ideo·a·b·inclinant vt totum descendat per lineam·d·c·et ipsa per modum sequelle per lineas·a·f·et·b g·et ideo negatur si sumatur quod omne graue appetit descendere per lineam breuissimam·hoc enim solum est uerum de graui totali· Quinta conclusio graui simplici descendenti nihil resistit nisi medium saltem de perse·patet quia nihil intrinsecum·nec limitatio potentie·ergo solum extrinsecum· non videtur quid aliud extrinsecum resisteret quam medium Correlarium ad modum grauis uel leuis simpliciter requiritur medium patet quia requiritur resistentia per secundam et nihil resistit quam medium per precedentem·sed dices nunquid dici posset quod resistit in compositiuas terminorum·sicut dicit beatus thomas·respondetur quod non quia motus sequitur proportionem uirtutis actiue super resistentiam·et non sequitur proportionem virtutis actiue ad in compositionalitatem terminorum·Item quia non posset dici secundum quem gradum uelocitatis motus fieret ex incompositionalitate terminorum·quia quantumcunque velociter fieret motus adhuc seruaretur incompositionalitas terminorum Sexta conclusio tota successio prouenit ex resistentia medii in motu grauis simplicis descendentis·non habentis colligationem cum alio ad hanc mentem· quod si non esset resistentia medii·ipsum non moueretur successiue·patet conclusio·quia ad hoc quod sit motus requiritur resistentia modo nihil resistit tali graui nisi medium proportionaliter dicatur de leui simplici et sic quasi modo priuatiua successio dicitur prouenire ex resistentia medii· Septima conclusio graui mixto descendenti per aerem aut aquam·resistit aliquod preter medium·patet quia ei resistit leuitas ignea intrinseca et·verum est quod in spera ignis ei nihil intrinsecum resisteret·eo quod ibi illa leuitas esset in loco naturali·et non traheret sursum aut deorsum·sed dices nunquid celum mouetur successiue·cum suo motori nihil resistitur·dicitur quod de hoc est alia ratio de qua in octauo videbitur·uel in secundo celi·quia motus celi non fit propter quietem sicut motus grauis uel leuis sicut prius dicebatur

Pro tertio dubio principali est aduertendum·quod aristotiles concederet ambas consequentias·si vacuum esset graue simplex moueretur in eo·et si esset graue simplex non moueretur in eo quia reputaret quod antecedens esset simpliciter impossibile· Secundo quod aristotiles non voluit vacuum non esse·eo quod graue in eo non moueretur·sed probauit vacuum non esse propter hoc·quod antiqui crediderunt uacuum esse causam motus localis·et vacuum si esset impediret motum localem rectum grauis simplici sicut patebit ex dicendis et etiam quia in eo non fieret motus iuxta dicta sed mutatio instantanea· Tertio quod nulla illarum consequentiarum uidelicet nec etiam ista si vacuum esset·et graue simplex esset in eo·ipsum mouetur in eo quia per potentiam diuinam antecedens est simpliciter possibile·poni in esse·sine hoc quod ponatur consequens in esse et ideo contradictionales iste sunt impossibiles·

Quarto quod in vacuo bene possit fieri motus·quia si omnia anihilata forent que sunt infra superficiem concauam aeris·ea remanente secundum suas partes in simili situ·et figura·aer esset vacuum iuxta prius dicta·per quem bene fieret motus·

Quinto ergo iuxta dicta intelligatur dubium utrum si infra superfitiem concauam aeris sit uacuum·lapis positus in eo moueretur·de quo possunt poni propositiones uerisimiles·quia ualde dubium est

set quid sequeretur. eo quod nullus unquam percepit hoc factum. ymo forte deus nunquam fecit. Prima est quod si sic esset et deus superficiem aeris dimitteret sue nature. ipsa subito iungeret sua latera. et repleret totum. patet quia hoc naturaliter appetit ratione dicta in prima dubitatione. et nulla esset resistentia impediens. secunda quod si deus eam servaret sine sui coniuntione. et lapis sub ea poneretur sue nature dimissus ipse rarefieret tantum quantum sibi possibile foret usque ad repletionem spacij. patet quia ad naturaliter inclinatur a celo et naturaliter obedit tali influentie celi. Sed contradicetur sequeretur quod lapis corrumperetur. et ipse non corrumperet se ipsum. et non uidetur quid aliud eum ~~correspondet~~. ergo non corrumperetur. patet maior quia non sub qualibet raritate potest permanere lapis

//corrumperet//

Respondetur quod non est inconueniens si poneretur effectus quem poni est infinite potentie. scilicet diuine et post lapis sue nature dimitteretur. lapidem corrumpi propter difformitatem effectus positi cum natura lapidis. Tertio si deus cum situ talis superficiei aeris. servaret lapidem sine rarefactione et quo ad alia. cum sue nature dimitteretur infinite potentie esset lapidem illum ab illa superficie aeris elongare. patet quia si elongatur subtus. non conservaretur. eo quod conservatur secundum cursum solitum nature a celo. quod non potest agere nisi per contactum. anihilatio autem est potentie infinite. Quarto si deus sic conservaret cum superficie aeris tellum immissum versus uacuum a balista perpendicolariter. ipsum reverteretur naturaliter vnde uenit. patet. quia non potest elongari ab aere. et impetus impressus natus est ultra mouere. cum ergo non posset in rectum moueret in reflexum. Simili modo probari potest quod superficies illa concaua aeris esset optimum speculum. quia radius non posset in rectum transire. ergo reuerteretur unde uenit. Quinta si deus conservaret illum lapidem sine rarefactione. et per totum poneret influentiam conservatiuam lapidis. qualis est nunc adhuc lapis non descenderet de aere. quia sub aere in contactu naturalius conservaretur quam in quolibet situ infra cum ibi sit influentia eius conservatiua. et cum hoc est medium contrarium in quod agere potest pro sui similis generatione quorum primum per casum est subtus sed secundum non. et ideo ibi naturalius conservaretur quam subtus. Sexta si deus conservaret mixtum grauis simpliciter ad esse subtus aliquid moto nixu quem habet ad generare uel agere in contrarium et cum hoc conservaret influentiam conservatiuam illius subtus aere sic conservato sine eius concursu graue se subito poneret in locum seu situm naturalem. patet quia nihil esset impediens seu resistens. ergo subito mutaret se ad situm naturalem. Ex quo sequitur quod graue simplex sic intra uacuum conservatum secundum eius influxum communem uel naturalem non remouetur intra uacuum. patet per conclusionem precedentem et hoc de tertio. Quantum ad quartum supponitur quod concauum celi sit uacuum. et quod deus intra ipsum conseruet diuersas influentias locorum sursum et deorsum et aliorum quod quod conseruet res impositas sine nixu rarefactionis generationis sibi similis. scilicet solum ut tendentes ad suum locum naturalem. quem appeterent si omnia essent plena. Secundo supponitur quod aliquid est graue mixtum et hoc dupliciter. vno modo per coniuntionem graduum grauitatis et leuitatis in eodem subiecto. sicut in mixto et elementis. alio modo per interceptionem corporis leuis inter partes grauis sicut in ligni poris est inclusus aer. Tunc ponuntur propositiones prima est quod graue simplex potest successiue moueri infra vacuum ex colligatione eius cum alio. patet quia si unum graue simplex poneretur in uno brabio libre et manus

in alio maius traheret minus sursum et sic successiue aliud sursum traheret sicut ipsum successiue descenderet. resistentia enim sufficiens esset graue contra ponderans. Secunda. stat graue mixtum moueri in uacuo successiue. patet quia habet resistentiam intrinsecam. que est causa successionis. Tertia. stat graue mixtum uelocius per naturam suã stãte tali uacuo moueri i pleno q̃ i uacuo p3 ponendo graue mixtũ i concauo igis. ꝙ habeat unum gradum leuitatis ignis duos gradus grauitatis aeris tres grauitatis aque ꝛ grauitatis terre quinque ꝛ sic medium aereum resistens ei descendenti ut unum. cuius concauitas sit uacuum. sic scilicet ꝙ spere terre ꝛ aque sint anihilate. Tunc constat. ꝙ in spera aeris octo trahunt deorsum scilicet tres aque ꝛ quinque terre ꝛ duo resistunt. scilicet leuitas ignis ut unum ꝛ medium ut unum. Leuitas enim aerea in loco naturali non trahit sursum nec deorsum. ꝛ sic motus est a proportione quadrupla. Cum ante transit superficiem concauam aeris. ꝛ mouetur in uacuo seu intra uacuum. resistentia fit ut 3[a] quia duo aeris. ꝛ unus gradus leuitatis ignis tunc resistunt. ꝛ motor fit ut quinque. eo quod gradus grauitatis aque in suo situ sue spere non trahunt. que proportio est minor q̃ dupla. Unde sequitur propositum. uelocius enim mouet motor a proportione quadrupla q̃ dupla. Quarta propositio. intra hoc uacuum aqua pura. poneret se subito ad locum naturalem. patet per sextam precedentis dubij quia est graue simplex

Quinta. intra tale uacuum plumbum descenderet successiue. patet quia hoc est graue mixtum. Correlarium stat esse duo corpora naturaliter deorsum cadentia. quorum unum in eque libra pl'[us] ponderat q̃ aliud. tamen minus ponderans per se positum subito attingeret locum deorsum ꝛ citius. magis uero põderans tardius. patet quia in eque libra equale plumbum plus ponderaret equali aqua pura. prout uidetur. satis experientia docet. ꝛ tamen aqua pura subito plumbum uero successiue intra uacuum attingeret locum deorsum. Sexta propositio stat ꝙ aliquid in pleno per se positum moueretur uelotius deorsum q̃ aliud datum. ꝛ tamen utroque manente in equali figura in eque libra. quod per se minus uelociter descenderet. plus põderaret. patet ratione diuerse compositionis leuitatis cum grauitate. ut si. a. esset graue ut quatuor ꝛ leue ut duo. ꝛ. b. esset graue sicut octo. ꝛ leue sicut quinque. tunc in pleno alijs paribus. a. per se positum uelocius descenderet q̃. b. quia a proportione dupla respectu resistentie intrinsece. ꝛ. b. a proportione minore. tamen' in eque libra. b. trahet. a. sursum. quia uirtus actiua ad motum sursum. a. esset decem. quia duo leuitatis. a. ꝛ octo grauitatis. b. ꝛ uirtus resistitiua non esset nisi nouem. scilicet quatuor grauitatis. a. ꝛ quinque leuitatis. b. Septima propositio. in uacuo animalia non possent diu uiuere sue nature dimissa. patet quia non haberent nutrimentum. ꝛ quia perfecte non haberẽt medium inspirandi. Octaua. in uacuo potest fieri motus alterationis ab intrinseco ꝛ ab extrinseco tangente. p3 q2 aqua calefacta reduceret se etiam quia aqua tangens ignem ageret in ipsum. Octaua in uacuo non fieret motus alterationis ab extrinseco non tangente. patet. quia non potest diffundi unio corporum nisi per contactum quod non esset in uacuo. Decima in uacuo non fieret uisio. odoratio. uel auditio. patet quia illa requirunt medium extrinsecum ꝙ non esset in uacuo. Undecima. in uacuo nõ fieret motus ambulationis, nec uolationis nec natationis. p3 ambulans nõ hẽret ubi figeret pedẽ. ẽt uolans seu natans ĩdiget medio substentante ꝙ non eẽt ĩ ua

euo· ergo &c· hec de quarto principali

Pro quinto est notandum q rarefac tio & condensatio capitur proprie & improprie· Improprie est mutatio qua corpus occupat maiorem locum q̃ ante propter ingressum corporum subtilium partium eius descendentium· quomodo lana prius artata in sacco ·amoto sacco rarefit· Per oppositum condensatio dicit mutatio· qua corpus occupat minorem locum q̃ prius occupabat propter egressum corporum subtilium partium prius in eo inclusorum· quomodo lana cum cõprimitur condensari dicitur· & non est sermo de his ad presens· Proprie autem rarefactio est mutatio qua· corpus redditur maius q̃ prius erat·sine ingressu extrinseci seu ab extrinseco. Et per oppositum condensatio dicitur mutatio · qua corpus redditur minus q̃ prius erat· sine egressu alicuius extrinseci q prius erat in eo· & de his solum ad presens intenditur· Tunc de condensatione hec modo dicta·sit prima propositio· Condensatio est possibilis per solum motum localem· patet quia in curuatione uirge medietas ɔcaua condensatur· & tamen non p̄cedit alteratio· Item quia in dolio q̃tumcunque pleno· adhuc imponitur bene fora totum seu ducillus ut experientia docet· & tunc oportet uinum condensari· & non per alterationem· & cum ignis generatur ex straminibus · ipse occupat maiorem locum q̃ occupauit stramen· & ex consequenti oportet aerem cedere·alias oporteret celum conturbari seu cõdẽsari in sursum· & constat q non fit condẽsatio ista·nisi per compressionem ab igne alteratio enim que est ibi est calefactio que magis rarefaceret q̃ condensaret·

Secunda ꝓpositio rarefactio est possibilis per motum localem·patet quia dolio semipleno uino & bene obstricto· adhuc educitur bene una quarta uini· q non esset nisi aer rarefieret ibi per motum sequelle ad motum localem uini·

Tertia propositio· ad maiorem quantitatem potest aer condensari uel rarefieri per motum alterationis· q̃ per solum motum localem· patet per experientiam· aer in fiala caleracta condensatur ad duplum· ut pz aqua usq3 ad medium fiale ascendente· nullus autem unquam potest experiri aerem per motum localem condensari ·ad duplum· non enim uinum ex dolio semipleno aere posset extrahi· nisi aer ab extrinseco igrederetur· ut experientia docet· Quarta propositio· nunquam materia tantum rarefit in aqua uel in terra quantum rarefieri potest in igne per generationem ignis ex eis· patet q̃a da oppositum sequeretur q terra uel aqua posset sine miraculo esse ita rara sicut ignis· q uidetur falsum· Quinta propositio·tota massa materie prime nunquam condensatur uel etiam rarefit· patet quia si tota minorem locum occuparet·concauum orbis lune quo ad aliquã partem maneret uacuum· & si tota maiõ fieret penetraret ipsum concauum· quorum nullum potest fieri per naturam·

Correlarium· hec consequentia est bona·aliquid condensatur· ergo aliquid rarefit· & econtra· patet per rationem iam factam prius· Sexta · hec rarefactio uel condensatio hec non fit per introitum uľ exitum uacuitatum· patet quia tales non sunt per dicta· Septima· quelibet harũ mutationum fit·eo quod hec materia que est magna actu est in potentia parua· & que est parua actu· est in potentia magna·patet quia fit de paruo magnum & de magno paruum· sicut in aliis mutationibus· modo album fit nigrum· eo quod actu album est in potentia nigrum· & econtra igitur &c· Sed dubitatur de modo quo fit rarefactio· Ad quod dicunt illi qui ponunt quantitatem continuam substantie esse ipsãmet substantiam· q fit per solum motum localem partium· quo partes q̃ prius erãt ꝓpĩqores elõgãt magł ab ĩuicẽ·Scđi dñt q rarefatio fit per realem generationẽ qualitatis que uocatur raritas· Item

condensatio per corruptionem illius ꝛ i
troductõnē densitatis. Primus mod⁹ uꝫ
deficere. quia secundum eum sequi ui
detur. ꝙ aliquod pedale ignis est eque
densum sicut pedale terre uel ꝙ aliqua
materia stat sine forma. consequens est
falsum ut notum est. probatur consequē
tia. quia si pedale terre est densius. hoc
est. quia habet plus de materia sub e
quali extensione per diffinitionem densi
orem. densum enim dicitur ꝙ habet mł
tum de materia sub pauca extensione. ꝛ
densius ꝙ habet plus ꝛc. Similiter
rarum ꝙ habet paucum de materia sub
multa extensione. ꝛ rarius ꝙ sub equa
li habet minus. Queritur ergo utrum
pedale terre habet plus de materia in
multitudine ꝛ hoc non. quia in utrisque
materia est infinite partis uel in ma
gnitudine actuali. Et hoc non. quia u
tranque est actu solum pedale. uel in ma
gnitudine potentiali uidelicet ꝙ pedale
terre potest rarefieri. ꝛ materia eius po
test esse centipedalis uel mille pedum. ꝛ
non sic potest extendi materia ignis. ꝛ
si sic cum materia pedalis sit. essentiali
ter sua extensio. sequitur ꝙ in terra sūt
centum partes pedales materie simul
per penetrationem cum forma pedalis
terre non inhereat nisi uni pedali terre
sequitur ꝙ alia nonagintanouem erunt
sicut forma. Forte respondebis ꝙ cuili
bet potentiali pedali inheret forma pe
dalis terre. Contra si sic tunc essenti
aliter. tantum posset extendi forma ter
re sicut materia eius. ꝛ sic terra manens
terra essentialiter posset esse ita rara si
cut ignis. quia non repugnat forme ter
re esse sub tanta raritate sicut ignis. si
enim pedalia terre sic se penetrarent ꝙ
quodlibet pedale materie potentialiter
existens in pedali terre esset informatuꝫ
forma pedali terre. quare non posset ita
bene he partes esse. extra inuicem sicut
simul per penetrationem. Confirma
tur sic secundum hanc opinionem ma
teria est. sua extensio. Supponatur ergo
ꝙ hec materia sit ita rara. sicut est ma
teria ignis. ꝛ arguatur sic. quantacunqꝫ
hec materia est nunc in pedali terre tā
ta fuit prius hec materia terre sed mil
le pedales est nunc. igitur in pedali ter
re fuit prius mille pedalis mā. discursus
est bonus. quia sub distributione maio
ris in predicamento quantitatis capitur
sius in minore. ꝛ patet maior per te. quia
per rarefactionem nulla quantitas acqui
ritur. ergo quantacunque est hec mate
ria nunc semper ante fuit tanta. Et mi
nor supponitur. tunc ultra arguatur si
cut prius. ꝙ materia stetit sine forma.
uel ꝙ in uno pedali terre sunt mille pe
dalia terre per penetrationem. uel ꝙ una
forma pedalis inheret mille subātiis di
stinctis. Respondetur forte negando
maiorem. quia licet per rarefactionem.
nulla noua quantitas acquiritur. tamen
materia per eam incipit esse maior pro
pter motum localem. ꝛ per consequens
sequitur ꝙ licet materia sit sua extensio
tamen non repugnat ei quin uno tem
pore sit extensio maior. ꝛ alio tempore
minor. istud non ualet. quia si sic sequi
tur ꝙ ignis habet tantam materiam sicē
terra equalis quantitatis. quare eque dē
sus esset. probatur. quia extensioni sue
non repugnat esse quamlibet maiorem
plusꝙ̄ extensioni terre. ex quo extensio
sine aliqua additione, uel ablatione ma
gnitudinis potest esse maior ꝛ minor
ꝛ non potior ratio de hac extensione ꝙ̄
de alia. Confirmatur. quia uidetur. ꝙ
eque essentialiter sicut gradus albedi
nis est sua intensio. ita bipedalitas sit
sua extensio ꝛ mens humana non conci
pit. ꝙ gradus albedinis fiat in se inten
sior nisi aliquid sibi addatur. Et ex cō
sequenti falsum dicunt illi ꝙ extensio
data sine aliquo sibi superaddito potest
fieri maior. Secunda opinio etiam ui
detur deffiecere. quia ponit ꝙ raritas
sit accidens distinctum contra materiam
oppo^m uꝫ uelle cōmentator 2° de celo i ꝯ
scriptõe densi ꝛ rari que prius sunt posite

secundum enim illas· paucitas materie sub multa extensione est raritas· modo paucitas est met res pauca · sicut pauci tas denariorum est met denarij· Item frustra poneretur paucitas superaddita materie pauce·quia omnia possunt salua ri sine talium entium multitudine· Qua propter uidetur relinqui tertius modus ꝙ rarefactio fit per generationem no ue quantitatis maioris in materia· Et condempsatio per corruptionem maioris ⁊ generationem minoris quantitatis in eadē materia·sicut enim intensior albedo red dit magis album·ita maior extensio red dit magis extensum·⁊ hoc est conforme dicto in primo quo dicebatur·ꝙ extensio substantie est res distincta a substantia extensa· sed est dubium· utrum i rarefac tione quantitatis que prius fuit· maneat cum sequente· ⁊ respōdetur ꝙ non· quia rarefactiones agit in totum corpus quod rarefit·⁊ ideo qua ratione generat magni tudinem nouam de una parte materie eadem ratione generaret de qualibet e iusdem materie Item si cum aer nunc pedalis rarefactione fit bipedalis· peda le primum extensum· per totum aerem maneret cum pedali nouo genito per ra refactionem·uidetur sequi accidens tran sire de subiecto in subiectum · materia e nim que extenditur post rarefactionem pedali nouo· extendebatur aliqua parte quantitatis pedalis preexistentis·⁊ illa parte post non extenditur quare si ista pars manet·ipsa dimittit illud subiectū et intrat aliud. eodem modo in condensa tione condensans corrumpit quantitatem maiorem preexistentem. ⁊ generat mino rem superuenientem de potentia mate rie· Sed contra· calidum rarefaciens est natum quantitatem quantitatem ge nerare·ergo non corrumpit quantitatem Oppositorum enim contrarie dicuntur cause · secundo de generatione· Secū do quia calidum rarefaciens conseruat quantitatem pedalem post rarefactionem ergo melius potuit ante· Tertio· nul la quantitas esset in corpore quod rare fit tempore rarefactionis· ergo patet con sequentia · quia continue est totaliter no ua quantitas · ergo nulla quantitas ali quo toto tempore esset· ergo ibi nunquā esset· Quarto· quantitas que preesset corrumperetur in instanti· ⁊ sic nullius esset resistentie· patet quia incipiente ra refactione in illo instanti esset ⁊ nunquā esset prius· Quinto · cum illa quanti tas sit res permanens· esset dare ultimū instans rei permanentis in esse· patet per idem· Sexto in rarefactione quelibet quantitas in subiecto solum duraret per instans· ergo per quantitatem que gene rarentur tempore rarefactionis· non pos set continuari aliquis motus· tenet conse quentia· quia sicut ex instantibus non continuatur tempus· ita non ex mutatis continuatur motus· Septimo uidetur ꝙ rarefactio esset proprie augumentatio quia per eam acquiritur quantitas no ua·sed de hoc uideatur primo de genera tione· Octauo uidetur ꝙ superflue po nitur sicut quantitas distincta· quia po natur ꝙ deus auferat totam quantitatem a pedali aque · partibus remanentibus secundum similem situm sicut nunc·tunc sunt partes adhuc extense· ⁊ non per quā titatem superadditam· Nono· quia si ablata extensione unirentur partes sine differentia situs ubi unirentur· ⁊ quare potius in uno situ quam in alio· Decimo ponitur ꝙ ligno existente q̄drupedali a primo pedali aufferat deus quantitatem ⁊ a secundo non· ⁊ a tertio aufferat· ⁊ a quarto non· tunc uidetur ꝙ partes pri mi pedalis ⁊ tertij non possunt conflue re secundo impediente· ergo manebunt situaliter ubi nunc sunt· ergo manebunt post extensa· ergo frustra ponitur quan titas·quia ea ablata adhuc manet exten sa· Undecimo quia partes in corpore sunt immediate· ⁊ tales nequeunt fieri propinquiores·ergo nihil potest conden sari·Aliqua horum uidentur mihi difficilia ⁊ aliqua facilia· ⁊ ideo euadam prout me

liue possum. Ad primum ꝙ calidum proprie natum est conseruare dimensionem sibi proportionatam in subiecto. et ideo minorem corrumpit. ut maiorem generat. nec est inconueniēs idem formam unius spetiei generare de per se. et aliam minorē uł maiorē corrumpē de p accñs et p mōꝫ sequelle. sic. n. rarefaciēs de p se extendit subiectum maius ad quod sequitur maior quātitas. et de per accidens ac per modum sequelle corrumpit q̄titateꝫ preexistentem. cuius nāe repugnat esse in subiecto magis extenso. Ad autoritatem dicitur ꝙ contrariorum cause debent esse contrarie virtualiter de per se modo rarefactiones non de per se. sed p accidens et per moduꝫ sequelle. est causa corporis q̄titatis. non enim intendit corruptionem. nisi accessorie Ad secundā dico ꝙ q̄titas que est post rarefactioneꝫ est proportionata rarefacienti. et ideo eaꝫ conseruat. secus est de q̄titate que est ante. Ad tertiam concedo ꝙ tempore rarefactionis nulla determinata q̄titas est in corpore quod rarefit actu. et ratio est quia continua est successio de minore ad maiorem. ut si pedale rarefieret ad tripedale continua mutatione. nunq̄ esset pedale actu nec aliqua q̄titas continua aliquo toto tempore ibi esset actu. et ideo dici debet hoc esse quantum. nulla tamen determinata spetie q̄titatis. est q̄tum actu omni tempore motus. eo ꝙ continue tendit de minore in maiorem Ad quartam et ad quintam ꝙ non est inconueniens ꝙ q̄titas subito corrumpatur. non enim est de virtutibus actiuis uel resistitiuis prout cōmentator dicit ī hoc quarto. nec est inconueniens ꝙ sit dare eius ultimum instans. sicut est ipsius nunc dare vltimum instans si esset. sed de rebus resistentiā habentibus non est possibile dari ultimum instans. et de talibus intelligitur illud dictum commune. Ad sextam conceditur. ꝙ quelibet q̄titas que producitur in subiecto. tempore rarefactionis solum est per instans. nec ex illis continuatur rarefactio. sed ex suis partibus. sicut alij motus ex suis. nec est motus rarefactionis dimensio que acquiritur. sed est quidam fluxus secundum q̄titatem ad maiorem q̄titatem quo infinite q̄titates in potentia acquiruntur in subiecto. actu vero nulla nisi illa. sub qua quiescit mobile. Ad octauam quod peccat quia q̄titate continua ablata substantie partes haberēt situm uel partem extra partem. et oppositum supponit positio nostra. non enim habet situm nec distinctionem localem nisi ratione dimensionis.

Ad nonam dicitur probabiliter ꝙ ad punctum medium corporis. cui toti auffertur q̄titas. partes unirentur rationabilius. enim. est quia omnium extremorum illi puncto est maior propinquitas de hoc tamen fieret sicut diuine potentie aufferēti placeret. quia hoc per potentiam naturalem non est possibile. Ad decimam ꝙ primi pedalis partes unirentur in centro suo et discontinuarentur a secundo. et proportionaliter tertij a centro suo.

Ad vndecimam ꝙ in condempsatione nec partes immediate fiunt propinquiores. sed omnes partes corporis quod cōdempsatur que distabāt fiunt propinquiores sicut prima et ultima hec de his sint prolixe scripta. Tertio est notandum ꝙ in tertio tractatu philosophus primo probat. ꝙ tempus est aliquid ipsius motus. quia sine perceptione motus non percipitur tempus igitur et cetera. sed dices videtur ꝙ probatio non valeat. quia etiā sine transmutatione non percipitur materia. nec motus localis sine fixo. et tamen non sequitur ꝙ materia sit aliquid transmutationis. uel motus fixi. Respondetur ꝙ secus est hic et ibi. quia nunq̄ potest percipi tempus nisi percipitur motus materia auteꝫ postq̄ est cognita. bene potest cognosci sine conceptu transmutationis. Similiter motus localis. postq̄ est cognitus bene potest manere conceptus motus sine conceptu fixi. Secundo dicit ꝙ continuitas prioritatis et posterioritatis reperiūt in magnitudine motu. et tēpore p p̄us tn̄ in magnitudine per posterius ī

motu ⁊ ultimo in tempore· ratio quia ra
tione continuitatis magnitudinis·motus
qui fit super eam dicitur continuus· ⁊ tē
pus ratione motus· ⁊ prior pars motus
dicitur qui fit super priores partes magi
tudinis cui etiam attribuitur prior pars
temporis· Ex quibus infert ꝙ tempus
est aliquid motus secundum prius ⁊ po
sterius·pꝫ qꝛ cum sit aliquid motus· ma
xime debet esse illud motus secundum
cuius perceptionem in motu percipitur·
hoc autem est secundum perceptionem
prioris ⁊ posterioris in motu· in motu e
nim percipimus tempus in quantum di
scernimus inter partes priores ⁊ posteri
ores motus· Tertio infert diffinitionē
temporis. ⁊ est tempus numerus motus
secundum prius ⁊ posterius· patet quia
cum tempus sit mensura motus vt om
nes dicunt·oportet ꝙ sit mensura motus
vel secundum partes simul existentes in
eodem subiecto·⁊ hoc non· quia sic tem
pus non mensurat motum·vel secundum
partes priores ⁊ posteriores eius· ⁊ sic
habetur propositum· scilicet ꝙ tempus
est mensura motus secundum prius ⁊ po
sterius· Cum autem tempus non mensu
ret nisi mediante discretione·anime secer
nentis partem priorem a parte posteriori
ideo dicitur ꝙ est numerus scilicet discre
tus per animam·anima enim debet quan
titatem temporis in se cognoscere alias·
ea manente non posset alios motus men
surare·⁊ ideo dicit̄ numerus numeratus
idest per animam discretus· Quarto
infert ꝙ tempus non est motus· ⁊ intelli
ge ꝙ hec predicatio tempus est motus
non est essentialis quia tempus connotat
esse numerum ꝙ non connotat ille termi
nus motus·Quinto infert ꝙ esse tempus
consistit in continuo fieri aliud post aliō
patet quia temporis partes non manent
simul adequate· Sexto infert ꝙ nunc sē
per est idem in re·sed est aliud ⁊ aliud in
ratione· Pro cuius intellectu est notā
duꝫ·ꝙ nunc quandoqꝫ summitur abstra
ctiue ⁊ sic dicitur indiuisibile in tempōe
continuans partes priores cum posterio
ribus· Alio modo concretiue· ⁊ dici
tur ipsum mobile prout se habet simili
ter respectu alicuius fixi secundum se ⁊
omnes suas partes·mobile enim se habe
re aliter ⁊ aliter respectu alicuius fixi se
cundum prius ⁊ posterius correspondet
tempori·habere autem se similiter· corre
spondet ipsi nunc·⁊ sic patet ꝙ nunc con
cretum in re est semper idem· quia est sē
per primum mobile· sed in ratione est ali
ud ⁊ aliud·quia semper habitudo respe
ctu fixi est aliter se habens· Septimo
infert proprietates temporis nunc· et
sunt sex· prima nunc est notius tempore
et motu· patet quia est mobile prout dic
tum est·hoc autem est notius tempore et
motu·quia in quantum ipsum percipitur
aliter se habere ⁊ aliter ad fixa percipit̄
tempus ⁊ motus. Secunda ꝙ nunc et
tempus simul sunt· simul enim sunt mo
bile motus ⁊ tempus·modo nunc est mo
bile· Tertia tempus est continuum se
cundum nunc·⁊ diuiditur secundum nūc
patet quia secundum mobile ꝙ continue
mouetur continuatur tempus·⁊ secundū
ipsum mobile habens se in tali situ respe
ctu fixi distinguitur·pars pertransita a
parte pertransennda· ⁊ tempus preteritū
diuiditur a futuro· Quarta ꝙ differen
tia est inter punctum ⁊ nunc· intellige ab
stractiue·quia idem punctum pluries po
test summi eo ꝙ est res permanens·nunc
autem non permanet· ⁊ ideo idem nunc
non potest pluries summi in re· Quin
ta ꝙ nūc non est pars temporis sicut nec
punctum linee· tempus enim non·compo
nitur ex indiuisibili· Sexta ꝙ licet nū
in quantum est terminus solum ⁊ ipsius
temporis·tamen in quantum est mensura
est omnium momentorum mensura siml̄
existentium cum eo· sicut eniꝫ omnes mo
tus simul existentes eodem tempore men
surantur·ita omnia momenta simul exi
steutia eodem nunc· vbi aduerte ꝙ in cō
tinuo permanente continuatur indiuisi
bile siue sit siue non sit·ymaginatur tamē
⁊ uocat̄ punctꝰ·sed in motu ꝯtinuāt̄ p̄tes
priores posterioribꝰ uocatur momentum·

⁊ in tempore uocatur instans siue nunc·
